

& martyres cum uideris multiplicare semen israel in his qui  
 non de sanguinibus neque ex uoluntate uiri neque ex uolun-  
 tate carnis sed ex deo nati sunt. & cum uideris filios dei quidi-  
 speris erant congregari in unum cum facta ueritate sub bap-  
 tizare populum dei non otium gerentem a conuersatione  
 cum domino sed otium gerentem ab operatione peccati.  
 Cum haec omnia uideris dicito quia moyses famulus dei de-  
 functus est. & ihesus filius dei obtinuit principatum. Denique  
 in libello quodam quod licet in canone non habeatur.  
 oris tamen huius figura describitur; referatur quia duo  
 moyses uidebantur unus uiuus in spiritu aliter mortuus in  
 corpore in quo hoc est mirum quod ad umbratur quia  
 similitudinem litterarum legitur in anem & uacuum ab his omnibus;  
 quae superius memorauimus. ipse est moyses mortuus in  
 corpore. Si uero potes nemo uere legit uel amen & intellegere  
 quia lex spiritualis est. iste est moyses qui uiuit in spiritu & dixit  
 inquit dominus ad ihm filium naue ministerium moysi. O moyses  
 famulus meus defunctus est. nunc ergo exurgens transiorda-  
 nen hunc tu & omnis populus hic in terram quam dabo tui. Re-  
 quiris fortasse quomodo minister moysi fuerit & iam dominus  
 noster ihesus filius dei quia cum uenisset plenitudo temporum  
 misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege.  
 Per hoc quod factum est sub lege minister moysi factus est. Dixit  
 autem deus ut transeant in terram non quam dedit moyses sed  
 quam ego inquit dabo uobis. Uides ergo quia moyses mortuo  
 deus dedit terram populo promissam quam terram illam sine dubio de-  
 qua dicit dominus. Beati mansueti quia ipsi hereditate possident  
 terram. Omnem inquit locum quemcumque ascenderitis  
 uestigium pedum uestrorum uobis dabo eum. Quae sunt loca